sincerus doctor seu predicator verus occisor atque verus mac
tator est et verus manuductor est animarum in mundo secundum illud Job
xl. Concident illum amici dividet illum negociatores. Et act.
x. Occide petre et manduca. Occisor vero et mactator in gladio
spiritus quod est verbum dei secundum illud ad ephe. vi et Jere. xlviii. maledictus
qui prohibet gladium suum a sanguine. gladius in labiis eorum et
qui nec sapore nec dulci odore habet suavitatis sacrificium
nisi ex virtutibus et graciis vel que sunt vel quibus sunt.
Nulla autem sacrificia virtutes sunt vel ex virtutibus aut que
nominumque et imaginumque. Amplius cum nichil habeat nisi ex virtuti
bus et gratie condimento. Non enim sunt aromata alia que ad na
res dei aliquid suavitatis vel odoris boni transmittat quam gratie vel
virtutes. quare sola sacrificia de quibus agimus placationem habent
quod deo accepta sunt et non alia quare nullis aliis vel placatur
deus vel placet deo. Hec autem sunt que offert ecclesia catholica
quare sola sacrificia ecclesie catholice hoc est deo altissimo accepta
sunt et placita. Amplius quia nichil quod apud homines sit vel in ho
minibus quod eos placeat vel sanctificet nisi virtutes et gratie aut opera
que sunt ex illis sacrificia veri nominis et sanctificant offerentes quia
vere existentes vel virtutes sunt vel opera eorum quare nulla alia sacri
ficia sunt veri nominis nulla alia placent et sanctificant offerentes
nulla alia placant deum aut placet deo. Attende autem quod sacri
ficium domini salvatoris quod in ara crucis pro universorum propiciatione
mundi totius obtulit quod et ipse met fuit velud tota apotheca
spiritualium aromatum odoriferrima ac refertissima flagrantissima
quamvis hic non tangimus neque ipsum cum de dignitate eius humana a
universi hominum loquimur in precedentibus sermonibus nostris compre
hensum intelligimus quoniam etiam sacrificium ipsius ex condimento gra
ciarum et virtutum eminentissimarum placuit cum summe deo mundo pla
cere. *¶ Hunc autem consequitur de sacris seu festivitati
bus templis vel ecclesiis et dedicationibus cultu et ornamen
tis ipsorum que omnia sunt signa interioris dispositionis.*

Post hec autem loquimur de sacris de quibus iam diximus
quia sicut premissimus prius addimus honorificentie cultum pertinet ipsa
in imo ipsa sunt cultus dei et quia honorificentia divi
cultus in templis maxime et agitur et exercetur quia duo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_339/0293
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG